

## Band VI., Nr. 1941, Seite 331

*Der Edle Walther von Dürnheim vergab einen ihm nach Lehenrecht  
zustehenden Hof in Henstetten um seines und seiner Voreltern Seelenheils  
willen an das Kloster Kirchberg.*

Ohne Ortsangabe, 1267. September 9–15.

Universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis Waltherus nobilis dictus de Dürnheim salutem, amicitiam et favorem. Noverint universi presentium inspectores, quod nos Waltherus nobilis de Dürnheim curiam sitam in Hönsteten iure feudali ad nos legitime pertinentem venerabilibus in domino . . . priorisse et conventui sororum monasterii de Kylchberg libere resignamus, omni iure nostro, quod in eadem habuimus, ob remedium anime nostre et progenitorum nostrorum pariter resignantes. Testamur insuper litteras per presentes, ut nullus audeat prefatum monasterium in iam dicta curia nomine nostro aliquatenus molestare. In cuius rei testimonium et munimen presentem cedulam conscribi fecimus sigillis domini H. comitis de Furstenberg et civitatis de Vilingen fideliter roboratam.

Actum anno domini M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. LX<sup>o</sup>. VII<sup>o</sup>., infra octavam Nativitatis beate Marie virginis. Testes autem huius rei sunt: . . . plebanus ecclesie in Durrehaim, dominus C. scribe, Hainricus scultetus dictus Bargeli, Cûnradus scultetus, Cûnradus Hamerli, Hainricus Laecheler, Otto filius sculteti, Fr., Walterus conversus et ceteri quam plures cives de Vilingen fide digni.

Der Textabdruck folgt dem Original.

Nur noch das am Rande beschädigte Siegel des Grafen Heinrich von Fürstenberg, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1295 (WUB, Bd. V, S. 61).

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

HStA Stuttgart

**Signatur/Titel des Originals:**

B 462 U 385

**Editionen:**

Schmid: Monumenta Hohenbergica, S. 29. UB Fürstenberg, Bd. 1, S. 222 (Auszug).

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsangabe

**Ortsindex:**

Bad Dürkheim Wohnplatz (12833)

Bad Dürkheim, VS

Fürstenberg Wohnplatz (13207)

Fürstenberg, Hüfingen, VS

Henstetten Wohnplatz (16387)

Henstetten, Haigerloch, BL

Kirchberg Wohnplatz (12729)

Kirchberg, Sulz am Neckar, RW

Villingen Wohnplatz (13977)

Villingen, Villingen-Schwenningen, VS